

M. TULLII CICERONIS  
**LÆLIUS,**  
 SIVE  
 DE AMICITIA DIALOGUS  
 AD  
 T. POMPONIUM ATTICUM.

PRÆFATIO  
 FANNIUS, SCÆVOLA, LÆLIUS,

CAP. I.  
 ARGUMENTUM.

*Præloquium auctoris de occasione scribendi hujus dialogi.*

**Q**UINTUS Mucius <sup>1</sup>augur multa nar-  
 rare de C. Lælio, <sup>2</sup>socero suo, memori-  
 ter, & jucunde solebat, nec dubitare il-  
 lum in <sup>3</sup>omni sermone appellare <sup>4</sup>sa-  
 pientem. Ego autem a patre ita eram deductus  
 ad Scævola, sumta virili toga, ut, quoad <sup>5</sup>pos-  
 sem, & <sup>6</sup>liceret, a senis latere numquam discede-  
 rem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, mul-  
 ta etiam breviter, & commode dicta, memoriæ

MAIA.

---

<sup>1</sup> Non solum augur, sed etiam Consul fuit A. V. C. 635.  
<sup>2</sup> dux erat enim ejus filiam Læliam, quam patris tinctam  
 elegantia fuisse Cicero auctor est. <sup>3</sup> quotiescunque mentio  
 ejus incidisset. <sup>4</sup> sapiens Lælius habitus est, quod, videns  
 se res novas sine turbatione reip. moliri non posse, ab in-  
 cepto destiterit. <sup>5</sup> per mea negotia. <sup>6</sup> per ejus occupationes.  
<sup>7</sup> fuit